

Pius II. ad futuram rei memoriam. Da NvK sein Amt als Bischof von Brixen wegen der Verfolgung durch Hz. Sigismund nicht ausüben könne, zieht er die Verwaltung der Diözese an sich. Er befiehlt allen Pflegern und Amtleuten der Brixner Kirche, ihm bzw. seinem Kommissar innerhalb eines Monats den Treueid zu leisten. Alle von NvK und seinen Vikaren gewährten Kommissionen und Seelsorgebefugnisse werden annulliert. Da sich auch in Brixen, Bruneck und Klausen, in den Klöstern Sonnenburg und Neustift sowie in Enneberg dauerhaft Personen aufhalten, deren Anwesenheit das Interdikt auslöst, erweitert er das über die Herrschaftsgebiete Hz. Sigismunds verhängte Interdikt auf die genannten Orte. Allen Priestern, die das Interdikt missachten, wird der Entzug ihrer Weihe und die Eröffnung eines Häresieverfahrens angedroht.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB*, *Cod. Cus.* 221 p. 45-47 (= *K*₁¹) und 133-135 (= *K*₂²); BOZEN, *StA*, *Codex Handlung (ebemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 214^r-216^r* (= *H*); BOZEN, *StA*, *Cod. 3 (Acta Concordiae)* p. 169-171 (= *B*₁); *ebd.*, *Cod. 6 p. 50f.* (= *B*₂³); ROM, *Arch. Vat., Reg. Vat.* 478 f. 34^v (= *V*⁴); (16. Jh.): MÜNCHEN, *StB*, *Cgm* 975 f. 314^r-316^r (= *M*).

Druck: Düx, *Der deutsche Kardinal II* 475-477.

Regest: Lichnowsky, *Geschichte des Hauses Habsburg VII, CCCXIII* f. Nr. 415; Jäger, *Regesten I* 325 Nr. 317.

Erw.: Jäger, *Streit II* 103; Voigt, *Enea Silvio III* 375; Wendeborst, *Gregor Heimbürg* 121 (mit Datum 4. August 1460); Becker, *Appellation* 168 Anm. 90.

Unser Text folgt der Kopie V aus dem Vatikanischen Register.

Pius etc. Ad futuram rei memoriam. Dominus noster Jhesus Christus, cuius vicarii quamquam impares oneri in terris sumus, quid facere debeamus, in omnibus nos plene admonuit. Modum etiam, licet non semper, suo quoque exemplo declaravit: Monitus enim a centurione de filii sui gravi infirmitate, „Ego veniam“, inquit, „et liberabo eum.“⁵) Cum magnitudo, videlicet egrotacionis, exigere videretur penitentiam medicantis, ut nos quoque disceremus per nos ipsos illa gubernare, que sub aliorum manibus 5 vacillare dinoscuntur. Sane quidem infirmis omnibus debemus medicinam, illis tamen, profecto, magis, qui nostri quoque gravissimi oneris suis humeris partem non exiguum pro viribus nituntur substinere. Quo in numero sunt, tum alii quidam, tum omnes, maxime s. R. e. cardinales, qui summi pontificis sunt membra necessaria quique assidue vigilando, consulendo, laborando in rebus omnibus et periculis universis assistendo, tam apud sedem apostolicam quam in legacionibus urgentissimis et difficillimis assidue 10 coguntur laborare.

Ex quorum ordine dilectus est filius noster N. tituli sancti Petri ad vincula eiusdem s. R. e. presbiter cardinalis, episcopus Brixinensis. Qui quidem, cum inpresentiarum propter notorias ac nefandissimas hostiles persecucionem, captivacionem et bonorum rapinam contra eum superioribus mensibus per Sigismundum ex Austrie principibus et satellites ac complices eius factas spiritualium et temporalium 15 administracioni ecclesie Brixinensis preesse non valeat, et ipse cardinalis ac ecclesia Brixinensis nostre et apostolice sedis subsint proteccioni, nos, volentes, ut tenemur, ecclesie illi, quantum possumus, domino adjuvante provideri, administracionem eius tam in spiritualibus quam in temporalibus ad nos per presentes advocantes eandem nostre et prefate sedis disposicioni ad nostrum et eiusdem sedis beneplacitum reservamus; mandantes sub penis periurii et perdicionis omnium bonorum, eciam beneficiorum ecclesia- 20 sticorum, omnibus et singulis tam ecclesiasticis quam secularibus ecclesie subditis castellanis, officialibus et vasallis, ut infra unius mensis spacium a data presencium computando nobis et nostris commissariis in omnibus, prout ab antiquo servatum est, obediant et de hoc, quod obedire velint, sub predictis penis late

5 disceremus: *em.* discereremus *V*. 10 urgentissimis: ingentissimis *K*₁. 15 ex — principibus: *korr. aus* tunc Austrie ducem *V*; tunc Austrie ducem *K*₁.

1 Dominus: *a.R. von einer Hand des 15. Jh.*: Superflue ponitur, quia superius scribitur eciam *K*₂. Gemeint ist vermutlich die Abschrift *K*₁ im selben Codex. 21 subditis: *links am Rand von der Hand des NvK* pena castellano- rum et officialium *K*₁; *rechts a.R. ebenfalls von der Hand des NvK* nota penam subditorum ecclesie Brixinensis *K*₁.

sentencie nos aut nostros commissarios certificent infra spacium sequentis alterius immediate mensis a
25 fine prime predicti mensis computando. Alioquin ex nunc volumus et decernimus lapsis illis duobus
mensibus omnes et singulos tam ecclesiasticos quam seculares absque alia ulla declaracione esse predictis
penis innodatos et ab omnibus pro taliter illaqueatos haberi.

Revocamus autem eciam harum serie et prorsus annullamus omnes et singulos commissiones per
cardinalem prefatum aut eius quoscumque officiales seu commissarios quibuscumque sacerdotibus circa
30 animarum curam factas et facultatem celebrandi peregrinis et advenis sacerdotibus ibidem concessam,
declarantes per presentes omnes illas commissiones et concessiones penitus extinctas esse, mandantesque
omnibus predictis sub pretactis penis et preterea sub pena deposicionis ab ordine late sentencie, ne se de
cura et celebracione quovis modo, nisi a nobis aut nostris commissariis facultate et licencia habita,
audeant intromittere. Quin vero felicitis recordacionis Calistus iii, predecessor noster, per apostolicas
35 litteras propter dicti cardinalis insecuritatem et evidentissimum periculum in suo pontificali officio per
Brixinensem diocesim exercendo interdictum posuit⁶⁾, quod quidem absque ulla alia declaracione
expresse mandavit in omnibus dominiis dicti Sigismundi tunc ducis Austrie et in locis, ad que ipsum et
suos satellites contingeret declinare, strictissime observari. Propter cuius transgressionem et contemptum
pene omnes dicte civitatis et diocesis Brixinensis sacerdotes irregularitatem creduntur contraxisse.
40 Nosque eciam pridie simile interdictum posuimus tam in dominiis ipsius Sigismundi quam aliorum eius
complicum atque in locis, ad que accesserint.⁷⁾ Suntque de illis, propter quos interdictum ponitur, aliqui
continue in Brixina, Clusa et Brunecka atque monasteriis Novecelle ac Sunnemburg et valle Ennenberg
residentes et alii culpabiles sine intermissione ad ipsa loca venientes, ex quo ibidem continuum est
celebrandi impedimentum. Tunc, ut error omnis vitetur et interdictum minus violetur, Brixinam, Brune-
ckam, Clusam, Novacellam, Sonnenborgam et Ennenberg simili ecclesiastico supponimus interdicto.
45 Quod si qui sacerdotes diabolica presumptione censuris, in quibus sunt, et revocatione nostre commis-
sionis eis prius facte non obstantibus se exercicio cure nulliter et de facto se ingesserint contra predictos
omnes, et eorum auctores et fautores tamquam de catholic fide et sacramentis ecclesie minus bene
sencientes per inquisitores heretice pravitatis strictissime procedi mandamus et inquiri.
50 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre advocacionis, reservacionis, mandati, volunta-
tis, constitutionis, revocationis, annullacionis, declaracionis et supposicionis infringere etc. Datum
Senis xviii kalendas septembris anno secundo.

28 Revocamus: *a.R. von der Hand des NvK* Revocacio cure et commissionum *K₁*. 32 deposicionis: *a.R. von der Hand des NvK* nota penam spiritualium *K₁*. 41 interdictum: *a.R. von einer Hand des 15. Jh.* interdictum *K₁*. 47 obstantibus: *a.R. von der Hand des NvK* nota de sacerdotibus inobedientibus *K₁*.

¹⁾ *Kopie von der Hand des Notars Hieronymus de Molendino aus Belluno; s.o. Nr. 6281 Anm. 2. Über dem Text von der Hand des Peter von Erkelenz: Revocacio cure ecclesie Brixinensis. Randnotizen sind im Apparat notiert.*

²⁾ *Kopie von der Hand des Peter von Erkelenz. Über dem Text: Bulla advocacionis administracionis spiritualium et temporalium ecclesie Brixinensis per Gasparem. Gemeint ist der Cusanus-Familiar Kaspar von Oberweinper, der die Bulle offenbar überbrachte. Vgl. oben Nr. 6276, 6283.*

³⁾ *Faszikel mit Akten zur Wahl des Brixner Bischofs Georg Golser (1464); s.o. Nr. 6282 Anm. 5.*

⁴⁾ *Links neben dem Text: Ja(cobus) Papiensis (= Jacopo Piccolomini Ammanati, päpstl. Sekretär). Unter dem Text: De curia. D. de Piscia (= Dominicus de Pacinis de Piscia, apostolischer Schreiber).*

⁵⁾ *Mt. 8,7.*

⁶⁾ *S.o. Nr. 5397.*

⁷⁾ *S.o. Nr. 6281 (1460 August 8).*